

☉
de 16 Martij

27.

Tabris die 16. Augusti, anno hinc unghelgondt
juramentum perferentes

Formula iuramenti D. Regentium.

Ego D. iuro super hoc sancta Dei Evangelia, quod Ser. mo Principi
Dno Sigismundo, III. Dei gratia Regi Polonia, ipsiusq; M^{ttis} successo-
ribus Ser. mis Polonia Regibus et Inelyto Polonia Regno, tanquam meis
Directis et supremis Dominis: ac etiam Illmo Electori Brandenburgico
constituto Regni Polonia fiduciaro ac feudali, Dno meo, fidelis et
obediens ero: quod item in officio hoc meo D. N. Ducatus Prussia
iuxta in Regentium Regiminis in omnibus & singulis fideliter versabor:
inter Ser. mos Reges et Regnum Polonia Illmosq; Duces Prussia
conventa & transacta, pacta, privilegia, et iura, recessus omnes,
transactiones & Regia M^{ttis} Commissionum decreta in omnibus
punctis, clausulis, et articulis tam Religionem Catholicam Romanam
secundum pacta quam Augustanam, iuxta privilegium Lublincense et
Corpus doctrinae Ecclesiasticae Ducatus Prussia, quam alias
causas prophanas concernentibus, sacrosancte & inviolabiliter
ipsemet servabo, tuebor, & contra quemcumq; exequar: neq; rei mei
regiminis permittam, suasu et consilio meo quicquam (si ad meam
notitiam pervenerit) vel in, vel extra provinciam, ne ab ipso
quidem Illmo Duce in Prussia quod non spero, sine quoquam alio
contra ea omnia nominata fieri & attentari. Omnia
pericula, damna, & incommoda pro posse meo, & quantum ex
me fieri potest, a Regno & Ducatu hoc amovebo atq; aver-
tam; neq; quicquam, quod humano ingenio excogitari poterit, ne
impediet vel deturbet, de quibus omnibus Regno & Ducatui
ipsisq; pactis, privilegijs, recessibus, Reversalibus, sacra pia M^{ttis}
et Commissionum Decretis, alijsq; libertatibus omnibus nocituris tem-
pestive primum Illmum Ducem Prussia et Dnos Collegas

